1440 die 16 Apr. Ex Arch. Calvi Montis

63.

17

Nos Petrus de Weschmunshow Judex et Joannes de Mouc
zowicze Subjudex Terre Sandomiriens. Generales Significamus tam presentibus quam futuris quibus expedit
Universis Quomodo Nobilis Niemyerza Filius Nicolai de
Bosthow coram judicio Terrestri comparendo personaliter
sanus mente pariter et corpore existens Recognovit. Veluti
Nicolaus Pater suus Portionem Haereditatis emerat in
Bielow apud Nobilem Joannem filium, Laurentij de
ibidem que portio Haereditatis sibi fuit resignata perpetualiter in centum marcis monete et numeri Polonicalis
Quam portionem Haereditatis prefatus Niemyerza Nobili
Bartholomeo de Bielow Haeredi Patrueo suo similiter
pro Centum marcis pecuniarum moneta et numeri
Polonicalis cum omni jure et Dominio, cum Omnibus
et singulis utilitatibus, fructibus, Censibus, agris Campis,
Pratis Pascuis, sylvis, Borris, nemoribus, mericis, Gais, aubetis, piscinis Fluvijs molendinis et cum universis
pertinentijs quibus cunq. dicunt. nominibus, veluti Pater ejus emerat et ipse post suum Patrem tenuit et
possedit nihil juris et Dominij in eadem Portione Haereditatis pro se penitus excipiendo prefato Bartholomeo
et ejus Legitimis successoribus recessit aeviterne et resignavit perpetualiter. Harum quibus in testimonium literarum
Sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datt in Opat
how Feria Quinta die Sanctor. Tiburtij et Valeriani
Martyrum Anno Dni Millesimo Quadringentesimo
Quadragesimo Presentibus his Dnis videlicet Joanne
de Ostrow, Jacobo de Czyrnikow, Brandotha de Zwola,
Joanne de Crempa, Jacusio de ibidem, Nicolao de Miedzwiec ac alijs multis fide dignis.